163.

Bürgermeister und Rathmannen zu Grimma urkunden, daß Heinrich, genannt von Grimma, Bürger zu Breslau, laut Testament seines verstorbenen Verwandten Johannes, genannt Agnetis, verpflichtet sei, zwei Mark jährlichen Zins zu dessen Seelenheil an die Augustiner zu zahlen und daß jener dem Kloster jährlich vier Malter Weizen auf solange angewiesen habe, bis er ihnen den Zins verkauft haben werde. **1297.**

Hdschr.: Abschr. saec. XVIII. Stadtbibliothek Leipzig Rep. V, 34, Kreyssig, Dipl. rer. Sax. 7,33.
Anm.: Den Zins zahlte zuerst das Kloster Altzelle, später das Kloster Nimbschen, vergl. No. 164 und 172.

Multa de gestis hominum suboriri solet calumpnie seu dubitationis materia, nisi proborum testium robur adhibeatur aut scriptura. Nos igitur H[einricus] dictus Dives magister consulum, H[einricus] Rono, Iohannes Gerlindi, Conradus Trenowe, Wolframus iunior, ceteri consules nec non quam plures in Grimmis fide digni tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus recognoscimus in hiis scriptis publice protestantes, quod Henricum dictum de Grimmis civem Wratislavie ibidem commorantem se ratione testamenti legati et dispositi a Iohanne vivente tutore dicto Agnetis *suo consanguineo[a]) esse obligatum *(sic)* honorabilibus fratribus priori totique conventui fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini in Grimmis in duabus marcis perpetui census[b]), pecunia predicti Iohannis consanguinei sui pie memorie eidem Henrico in Wratislavia commoranti data veraciter et ab ipso possessa, ut ab ipso Heinrico audivimus coram nobis in domo consulum recitante, pro remedio anime predicti Iohannis certitudinaliter comparandis[c]), quem censum duarum marcarum Heinricus predictus eisdem fratribus promisit, ut intelleximus sepius et audivimus, procurandum. Insuper eisdem fratribus ordinis sancti Augustini idem Heinricus quatuor maldra siliginis de bonis pro hospitali emptis apud civitatem Grimmensem assignavit, quamdiu predictum censum duarum marcarum non perpetuaverit nec emerit, annis singulis persolvenda. In cuius rei testimonium, ne predicti fratres ordinis sancti Augustini in censu recitato sepius *possint[d]) ab aliquo prepediri, sigillo civitatis nostre presentem literam decrevimus roborandam. Datum anno domini M CC XCVII.

164.

Bürgermeister, Rathmannen und Gemeinde bezeugen dem Heinrich, genannt von Grimma, in Breslau wohnhaft, und allen, die von dieser Urkunde Einsicht nehmen, daß Johannes Abt und Heinrich vormaliger Abt von Alt-Zelle einen Zins von 2 Mark auf der Obermühle zu Grimma für 25 Mark Freiberger Silbers dem Augustinerkloster zum Seelenheil des verstorbenen Johannes, genannt Agnetis, verkauft haben. **[1297 oder 1298] Nov. 4.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1393. Fragment des Stadtsiegels (Taf. I, 1) an Pergamentstreifen.
Anm.: Das obige Datum ergiebt sich daraus, daß 1299 März 4 bereits Wilhelm Abt von Altzelle war (vergl. No. 165) und daß die vorliegende Urkunde später als No. 163 fallen muß.

Nos Henricus dictus Dives magister consulum et Heinricus Rono, Iohannes | Vinitor, Thezcho de Borck, Iohannes Rosenlecher et Heinricus Otilie consules | nec non

163. *a)* sui consanguinei. *b) In der Hdschr. ist nach* census *eine Lücke freigelassen. c) Soll sich anscheinend auf* duabus marcis *beziehen. d)* poterint.